fugiendo, nec modo quovis evadendo. Atque praesenti perso-
nali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho ipso die Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 25/I

Cieplinski et Laskowski Rbnt 21

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosi Stanislaus Alexander de Cieplice Cieplinski suo, et Generosae Ludmillae de Andrzejow Conthoralis suae legitimae, ab una, et Joannes Laskowski, suo et Generosae Dorotheae de Unichow, itidem Conthoralis suae legitimae, parte ab altera, de quarum ratihabitione cavent, ac se praesentibus inscribunt nominibus. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Dietibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentibus vero Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri, ac praefatus utriusque partis se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes, et eatenus Conthorales suas ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam, manibus suis Recognoscentium propriis ambarum subscriptam: in omnibus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadio, ligamentis, ac nexibus

generaliter universis firmiter tenere, complere, exequi, ac in eo habiliter observare, omnibus et singulis in illis contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem roboratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio Mille Trecentorum florenorum polonicorum per praesentem partem cum Successoribus utriusque partis ob non complementum contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo: Nihilominus iidem Supradicti Recognoscentes, se, ac suos Successores in eorum bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem inscribunt et obligant praesentibus et quidem praefatus Generosus Stanislaus Alexander de Cieplin Cieplinski, praenominatam Generosam Ludovicam de Andrzejowa, supradictus vero Generosus Joannes Laskowski, praefatam Generosam Dorotheam de Vrichow consortes suas legitimas cum personaliter sui Recognoscentium absentia, vel in eventum mortis Successores illarum ad approbandum per ipsos Inscriptionem praesentem roboratoriam, vel similem suo interesse faventem ad acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum duodecim septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eisque vel earum Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere: idque sub alio simili et speciali vadio, aliorum Mille Trecentorum florenorum polonicorum per eosdem Recognoscentes et per praesentem partem cum Successoribus utriusque partis ob non Statuitionem praefatarum Consortium suarum statuendarum, vel in eventum mortis Successorum illarum pro tempore et loco superius expresso ad solvendum succumbendo. Quibus quidem vadiis vel vadys modo praemisso ad solvendum succumbitur omni pro aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non completa

bonis suis generaliter omnibus, ac Summis quibusuis pecuniarum habitis
et habendis Supto Generoso Joanni Starczowski ipsiusque posteris
inscribit et obligat praesentibus. Suprascriptam Generosam Alexandram
Porębska Consortem suam legitimam cum personali sui Recognitis
assistentia, vel in euentu mortis Successores Meos, ad approbandum
per ipsos Inscriptionem praesentem roboratonam, vel similem suo praeinter
esse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni Vim perpetuitat
in se habentia intra decursum Sex Septimanarum a data earum et per
sonaliter statuere, ab eaque vel eiusque Successoribus ut praemissa debite
exequantur efficere, idque sub alio simili et speciali Vadio aliorum
Ducentorum Viginti florenorum polonicalium per eundem Recognitem Generosum
Joannem Dydynski, sive Meos Successores, praefato Generoso Joanni
Starczowski, sive Meis Successoribus, ob non Statuitionem praefatae
Generosae Alexandrae Porębska Consortis suae Statuendae, vel in e
uentu mortis Successorum Meorum praefato tempore et loco Superius expresso
ad soluendum Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadys modo
praemisso ad soluendum Succumbitis, ac praeterea quoque principali ex Con
tentis Scripti eiusque manualis non completa complendo. Citatus
eximi mratque regni Generosus Joannes Dydynski, sive eius Suc
cessores, ad instantiam Supti Generosi Joannis Starczowski
vel eius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense cuius cognitioni res ipsa Supto, quo ad vendicandum spectat
mediante semper in primo Citationis termino tanquam per
emptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia prae
tacta luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eaque ea
inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium

et alios omnes ex inde consequentes seu eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate, gmaeon, minorennitate, Suacorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munita ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra primos officij praefati Castren. Capitalis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praesentis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs iuris, praescriptione termini, bello, conventione, ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Prout iam praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Iudex T. Sanocen. Ustrzyckiego
Quietat, et Scriptum certum per
oblatam porrigit 21

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Capitalibus Premisliensibus Generosus Mathias Stanislaus de Vrichow Ustrzycki Iudex Terrae Sanocensis. Sanus mente et corpore existens, a terrestribus et aliis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castren. Capitalis Premisliensis iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, quia ipse Generosum Ioannem de Vrichow Ustrzycki eiusque successores de summa Mille Trecentorum et decem florenorum polonicorum per eundem Generosum Ioannem de Vrichow Ustrzycki, sibi Recognoscenti Scripto

Vide in Processu Pagina 21 Dydynskiana Transactio scribenda